



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

LIV. De eligendis Judicibus Conservatoribus pro Congregat. Discalc.
Hispaniæ Ord. SS. Trinit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

juxta formam numero sexto Cap. 7. part. 3. Constitutionum præscriptam.

Octavo. Ut mortuo, vel assumpto, aut amoto aliquo intra Triennium Priore; alter etiam ejusdem distinctionis à Diffinitorio, aut Provinciali subrogetur, itaut illa electio, ut, & cæteræ electiones Prioris aliter factæ, eo ipso irritæ sint, ut si nulla distinctio, sive in Diffinitorio, sive in aliis Officiis, summa cum æquitate distributis, alteri prævalere ulla ratione possit.

Nono. Alia item Officia, quæ à Diffinitorio replentur, juxta præfatam aequalitatem distribuantur, velut Lectoratus, Subprioratus, Magister Novitiorum, & Professorum; itaut si quid una natio aliquo Triennio in Officiis indivisibilibus sortita sit, illud sequenti Triennio altera sortiatur.

Et hæc omnia Decreta sub Summis Pontificibus beneplacito sancita sunt.

Exhortatio ad executionem Constitutionum.

§. 4. Cæterum cum ad fovendam pacem politica hæc media sine speciali Dei auxilio non satis efficacia sint, ad illud a Deo impetrandum præter hæc nostra Decreta exactam etiam Constitutionem Reformationis praxis necessariam esse judicavimus, atque adeo omnes Superiores hortamur, ut quæ in eorum officio erga inferiores exercenda præscribuntur, summa cum charitate, & justitia adimpleant. Inferioribus vero enixe volumus commendatum, ut quæ tam sancte circa assistentiam Cleri, orationem mentalem, & mansionem in Cellulis ordinata sunt fideliter exequi curent, Supremo Judici rationem ea de re aliquando tandem exactissime redditori. Datum in Carmelo nostro Albienfi die Maji 17. anni Domini 1693. -- Fr. Angelus a S. Teresa Commissarius, ac Visitator Generalis, qui supra -- Locus † Sigilli, & infra Signatum -- Fr. Saturninus ab assumptione Assistens Admodum R. P. Commissarii, & Visitatoris Generalis.

Approbata fuere a Priore Gen.

§. 5. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, Decreta hujusmodi, reservato desuper nostro, & hujus Sanctæ Sedis beneplacito, ac cum approbatione dilecti pariter filii moderni Prioris Generalis dicti Ordinis facta fuerint; Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatio relatorum Decretorum.

§. 6. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium modernum Vicarium Generalem dicti Ordinis super præmissis audiverant, consilio, Decreta præinserta a memorato Angelo Commissario, & Visitatore Generali, ut præfertur, edita, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

Clausula.

§. 7. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari: Sic

que in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon prædictorum Ordinis, & Provinciæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, & præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorum sub Annulo Piscatoris die VII. Martii MDCXCV. Pontificatus Nostri An. Quarto.

Conceditur Congregationi Discalceatorum Hispaniæ Ord. SS. Trinit. Redemptionis Captivorum facultas sibi eligendi Judices Conservatores.

LIV.

Hæc facultas concessa fuit toti Ordini à Nicolao V. anno 1447. & ab aliis Pontificibus. Hujus Pontificis Const. ed. 1693. Jan. 27. P. 2. privilegia aliorum Regularium. Et Clem. XI. Constit. edit. 1703. Nov. 21. P. 3. præd. Discalceatis conceditur facultas utendi Altari Portatili, & absolventi a Casibus reservatis in locis Infidelium.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dat. 25. Apr. 1695. An. 4.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Petrus a Jesu Procurator Generalis Congregationis Hispaniæ Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod cum alias nempe anno 1447. fel. record. Nicolaus Papa Quintus Prædecessor noster Fratribus dicti Ord. Regnorum Castellæ, & Legionis Privilegium eligendi sibi Judices Conservatores concesserit, ac subinde alii Romani Pontifices Prædecessores pariter nostri Fratres prædictis in aliis Regnis, & Provinciis degentibus idem privilegium attribuerint, privilegii hujusmodi, necnon communicationis privilegiorum, quibus alii Ordines Mendicantes fruuntur, Ordini prædicto per Sedem Apostolicam concessæ intuitu, Congregatio tunc existentium S. R. Eccl. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ad Fratrum ipsius Ordinis preces declaravit licere eis continuare in quasi possessione Juris deputandi Judices Conservatores pro Conventibus ejusdem Ordinis ubicumque existentibus, postmodum vero, nempe die 10. Septembris 1660. Congregatio tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Ordini Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum vigore communicationis dictorum Privilegiorum ei per Sedem prædictam itidem concessæ Jus eligendi sibi Conservatores pro suis Conventibus etiam competere per suum Decretum desuper editum similiter declaravit, Decretumque hujusmodi rec. mem. Alexander VII. etiam Prædecessor noster per quædam suas in simili forma Brevis subinde expeditas Literas confirmavit.

Hoc privilegium concessum fuit diversis temporibus toti Ordini, necnon Ord. B. M. de Mercede.

§. 1. Cum

1695.
Causa Con-
cessionis.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, tamen Jus hujusmodi multo magis
supradictæ Congregationi Fratrum Discalcea-
torum Hispaniæ, quæ (ut asseritur) non di-
versam, sed eandem cum prædicto Ordine
Sanctissimæ Trinitatis, cui, ut præfertur, eo-
dem Jure, uti concessum fuit, Religionem
constituit, & amplissimam privilegiorum com-
municationem sibi a piæ mem. Urbano PP. VIII.
Prædecessore pariter nostro anno 1634. concedi
obtinuit, competere videatur, nempe tam ex
privilegio sibi proprio quam vigore ejusdem
communicationis, nihilominus, ne ullus re-
linquatur de jure hujusmodi deputandi locus,
nec illud, quando se offert occasio eo utendi
in controversiam revocari contingat, inciden-
terque desuper accessorie disceptationis prin-
cipalis causæ decisionem impediant, dictus Petrus
Procurator Generalis ipsi Congregationi
Hispaniæ facultatem eligendi sibi Judices Con-
servatores tam pro Conventibus ipsius Congre-
gationis, quam pro bonis in Redemptionem
Captivorum impendendis competere, servata
tamen forma Constitutionum similis Clementis
Papæ VIII., & Gregor. Papæ XV. Prædecesso-
rum pariter nostrorum a Nobis declarari plu-
rimum desideret. Nos ipsius Petri Procura-
toris Generalis votis hac in re, quantum cum
Domino possumus, favorabiliter annuere vo-
lentes, eumque a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab
homine quavis occasione, vel causa latis, si
quibus quomodolibet innodatus existit, ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequendum harum
serie absolventes, & absolutum fore cen-
sentes, supplicationibus ejus nomine Nobis su-
per hoc humiliter porrectis inclinari, de Vene-
rabilium Fratrum nostrorum dictæ Sanctæ Ro-
mæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consul-
tationibus Episcoporum, & Regularium præposi-
torum consilio, eidem Congregationi Fratrum
Discalceatorum Hispaniæ facultatem eligendi sibi
Conservatorem, servata forma Constitutionis dic-
ti Gregorii Prædecessoris, auctoritate Apo-
stolica tenore præsentium concedimus, & im-
partimur: Salva tamen semper in præmissis aucto-
ritate Congregationis secundo dictorum Car-
dinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas,
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suoque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, &
pro tempore spectabit, in omnibus, & per om-
nia plenissime suffragari: Sicque in præmissis
per quoscumque Judices Ordinarios, & Dele-
gatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Au-
ditores judicari, & definiri debere; ac irritum,
& inane si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contra-
riis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præ-
sentium Literarum transumptis, seu exemplis,
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica
dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides
ubique tam in Judicio, quam extra illud ha-
beat, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscar. die XXIII. Aprilis MDCXCV.
Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Eriguntur duæ Provinciæ Lombardiæ, & Ro-
mæ FF. Prædicatorum in duas Congrega-
tiones S. Sabinæ, & S. Marci cum nonnullis
Ordinationibus.

Const. ed. 1693. Octob. 20. P. 3. agitur de *Studenti-
bus Provinciarum Congregationis Sancti Marci*
Const. ed. 1696. Jul. 23. P. 5. de *electi-
one Lecto-
rum. Et Clem. XI. Const. ed. 1703. Martii 21.
P. 3. confirmatur dismembratio quorundam Cæ-
nobiorum a Provincia Germaniæ.*

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Pastoralis dignitatis fastigium, nullo li-
cet meritum nostrorum suffragio per inae-
fabilem Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abun-
dantiam evecti, in id præcipue peculiari stu-
dio, summaque animi contentione incumbimus,
ut prospero, felicique Christifidelium in for-
tem Domini assumptorum, & Divinis obse-
quiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum
statui, regimini, & progressui, quantum No-
bis ex alto conceditur, providere jugiter sa-
tagamus; ac proinde novas ejusmodi reli-
giosorum virorum Congregationes pro data
nobis cælitus potestate interdum instituimus,
sicut personarum, locorum, rerum, & tempo-
rum qualitatibus maturæ considerationis truti-
na perpensis, ad Omnipotentis Dei gloriam,
ad Religionis incrementum, spiritualemque
Christifidelium ædificationem, & animarum sa-
lutem in Domino expedire, arbitramur.

§. 1. Regularem itaque disciplinam in Pro-
vinciis Lombardiæ, & Romanæ Ord. Fratrum
Prædicatorum custodire, ac promovere, eam-
que quoad perfectæ maturitatis frugem, adspi-
rantè superni favoris auxilio, provecta, Eccle-
siam Domini uberius in dies bonorum operum
fructibus lætificet, Apostolicæ benignitatis
favoribus excolere, ac felici infrascriptorum
Conventuum earundem Provinciarum, Fra-
trumque in eis degentium statui, & gubernio,
ac incremento salubriter consulere cupientes,
necnon eorundem Fratrum singulares personas
a quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & penis a Jure, vel ab homine qua-
vis occasione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodata existunt ad effectum præ-
sentium dumtaxat consequendum harum serie
absolventes, & absolutas fore censentes, de
Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. Ecclesiæ
Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ
Curie Prælatorum super disciplina Regulari
specialiter a Nobis deputatorum consilio, ac
Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura
deliberatione, nostris, deque Apostolicæ po-
testatis plenitudine, Conventus Sanctæ Sabinæ
de Urbe, Sancti Dominici Ravennaten. Sancti
Dominici Ferrarien., Sancti Dominici Civitatis
Sancti Severini, Sanctæ Crucis, & Omnium
Sanctorum Oppidi Boschi Dertonen., & Sanctæ
Catharinæ Oppidi, seu Loci Tridini Casalen.
respective Diocesis primodiæ: Necnon Sancti
Marci Florentin., Sancti Dominici Fesulan.,
& ejusdem S. Dominici Civitatis Sancti Minia-
tis, ac Hospitium Liburni Fisan. Diocesis, se-
cundo dictæ respective Provinciarum, eorumque
Fratres, & personas quascumque cum omnibus,
& singulis illorum membris, Juribus, & per-
tinentiis universis ab omni, & quacumque Ju-
risdictione, Superioritate, Correctione, Visita-
tione, Regimine, cura, & Gubernio dilectorum
filiorum modernorum, & pro tempore existen-
tium Priorum Provincialium earundem Pro-

LV.

Dat. 14. Junii
1695. An. 4.

Exordium.

Causa Ere-
ctionis.

Motu pro-
prio dd. Pro-
vinciæ exi-
muntur a ju-
risdictione
Priorum Pro-
vincialium.

Preces Pro-
curatoris
Gen.

Concessio
præd. juxta
Constitutio-
nem Clem. X.

Clausulæ.